



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt secundum defferentiam peccatorum, episcopi arbitrio, poenitentiae
tempora decernantur. xl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

est, vt veraciter ex corde se grauiter deliquisse confiteatur, & per ieiunia & eleemosynas, vigiliisque ac sacras orationes cum lachrymis se purgare contendat, & sic se ad spei veniæ pro misericordia Dei peruenire confidat.

Vt inter pœnitentes publicè & absconse discretio seruanda sit. Cap. XXXVII.

Ex cõcil. Mogûti, cap. 21. **V**T discretio seruanda sit inter pœnitentes, qui publicè & qui absconse pœnitere debeant.

De illis qui negligunt pœnitentiam.

Ex cõcil. Cartha. cap. 75. **V**T negligentiores pœnitentes, tardius recipiantur.

Cap. XXXVIII.

Vt pœnitentem ex corde magna exhilaratione sacerdotes suscipere debeant. Cap. XXXIX.

Ex dictis Basilij episcop. **P**œnitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut dominus ostendit, cum dicit: Quia conuocauit amicos suos, & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam perdideram.

Vt secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Cap. XL.

Ex cõcil. Africa. cap. 10. **V**T pœnitentibus secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, & vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente. Cuiuscunque autem pœnitentis publicum & vulgatilissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam cõmouerit, ante abbatum manus ei imponatur.

De his qui iam peccare cessauerunt, & perfectè pœnituerunt, vt communio eis in ipsa pœnitentiâ concedatur. Cap. XLI.

Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 2. **D**E his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseverantes in oratione cõuersionem à malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus post pœnitentiæ tempus impensum, propter clemẽtiã & bonitatem Dei communio concedatur.

De lapsis quomodo eos fraterno affectu corripere, & consolari debeant, vt non incidant in insidias diaboli, & desperent. Cap. XLII.

Ex epist. C. his. pa. **S**ed si aliquis lapsus quoquo modo fuerit, portemus eum & fraterno corripimus affectu, sicut ait beatus Apo-